

1464.

Hincera de Rogoro Castellanus San-  
domiriensis pro remedio anime  
sue donat Capitulo Cracoviensi du-  
as domos suas hereditarias, in Cra-  
covia, et in Platea Canonicali Sitas,  
unam ligneam auialem Stabuli no-  
mine vocatam, et alteram mura-  
tam, inter Canonistarum Collegium  
ab una, et Vicariorum Cracovien-  
sium domos partibus ad altera,  
cum onere Anniversarii, et census  
Teragii duarum Marcarum. Quam  
Donationem Rex admittit et confirmat.  
In Conventione Piotrkoviensi feria 2. pro die  
Hedwigis celebrata. Anno 1464.

Casimirus Dei Gratia Rex Po-  
lonie. Nec non Cracovie, Sandomirie, Si-  
radie, Lancicie, Cujavie, Magnus Dux  
Lithuanie, Rusie, Prusie, Nec non Lub-  
mencis Elbingensis, Kouisbergensis, et Do-  
meranie Terrarum Dominus et He-  
res. Ad perpetuam rei Memoriam.  
Et si quolibet pia Subditorum nostrorum  
vota benevolentia favore prosequi-  
mur, illa tamen que pro salute ani-  
marum, nec non commodo et hono-  
re Ecclesie, et Ecclesiasticarum Personarum.

Salubriter

salubriter disponuntur affectuosis prosequi cuius  
modis desideramus. Et ideo significamus tenore  
presentium quibus expedit Universis tam  
presentibus quam futuris. Quod Magnificus  
et Nobilis Miles noster Hincra de  
Rogow Castellanus Pandemivienensis, pro  
pria et suorum parentum fratrum et  
Cousanguineorum consulturus Saluti. In  
Ecclesiam quoque Cracoviensem apud quam  
elegit tumulari ostendimus Pietatem no  
stram in plena sui corporis et cui  
usque Sanitate, et matura fretus amicorum  
Deliberatione accedens presentiam duas domos  
suas in Civitate nostra Cracoviensi in Platea cano  
nicali sillas, unam videlicet ligneam  
cuiusdam Cyrotecarij Stanislai Domui a  
tergo contiguam Stabuli nomine in  
presentiarum vocitatum. Alteram ma  
ratam inter Canonistarum Collegium  
ab una, et Vicariorum Cracoviensium  
domos partibus ab altera vocitatum  
pleno jure ad ipsum Hincram de Ro  
gow Pertinentes, nulli alteri obligatas,  
vel obnoxias Venerabilibus Viris Prae  
latis et Canonis, totique Capitulo Ecole  
siae Cracoviensis, cum omnibus et sin  
gulis earundem Duarum Domorum  
attinentiis, pertinentiis, jure proprie  
tate

tate et Dominio ac connexis, et prout illas  
 haecenus tenuit et possedit, nihil sibi Juris  
 proprietatis, et Dominii in eisdem rever-  
 vando, et prout eadem domus in suo  
 situ et locatione in latum et longum  
 et circumferentialiter ab aliis sunt  
 determinatae, et sejunctae. Dedit, contu-  
 lit, donavit, et resignavit, Donatione  
 quoque perpetua et irrevocabili dat,  
 confert, donat, et resignat, per ipsos  
 Praelatos et Canonicos Cracovienses, ha-  
 bendas, tenendas, possidendas, et pro suo  
 beneplacito locandas et inhabitandas,  
 commutandas, et in usus beneplacitos  
 convertendas, sub eo tamen genere  
 et conditione. Quod praedicti Praelati  
 et Canonici Cracovienses morte ejusdem  
 Henrici de Rogow Castellani Regni  
 eius, et Regni Poloniae Victhesauri-  
 ni, et Germani sui Henrici de Rogow  
 Regni ejusdem Poloniae Victhesau-  
 rari animarum consequenda beatitu-  
 dine et salute, anniversarium perpe-  
 tuum, sub novem lectionibus et mis-  
 sae cantu explendis tenebuntur per  
 seipsums peragere, duas quoque mar-  
 cas Monetae et Numeri Polonicae  
 quatuor vicium domum acialens,  
 alteram

alteram  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_

alteram domum Muratam Cracovienses  
Canonici inhabitantes, annis singulis,  
temporibus perpetuis pro censu terre,  
no Solvere teneantur, inter Praelatos et  
Canonicos Cracovienses in Anniverario  
hujusmodi praesentes Distribuerent et di-  
spensare duas missas pro animabus  
praedictorum militum expleturos. De-  
teus suppliciter donationem et resigna-  
tionem domorum praedictarum per  
nos admitti, ratificari, et confirma-  
ri, et domos ipsas in sortem et liber-  
tatem Ecclesiasticam transferri. Nos  
autem petitioni suae Regia Munifi-  
centia favorabiliter annuentes, do-  
nationem, largitionem, et resignatio-  
nem domorum praedictarum, non per  
errorem, aut improvidè, sed de certa  
nostra Scientia admittimus ratifica-  
mus, et confirmamus, Domosque ipsas  
ab omni onere, servitio, expeditio-  
ne generali, et particulari contribu-  
tione, et à qualibet servitute exi-  
minimus, et libertamus, et in Ecclesia  
sticam transferimus sortem et li-  
bertatem. In Cujus Rei testimonium  
sigillum nostrum presentibus est  
apposuit. Datum in Piotrkow in Con-  
ventione

ventionem generali feria secunda pro  
 die Sancte Hedwigis celebrata. Anno Do-  
 mini Millesimo quadringentesimo sexa-  
 gesimo quarto. Presentibus Reverendis  
 in Christo Patribus Dominis Joanne Cra-  
 coviensi Regni Polonie Cancellario ad  
 Ecclesiam Gnesnensem Potulato, Joanne Wla-  
 dislawiensi Regni Polonie Vicecancellario,  
 Andrea Sosnaniensi, Nicolao Samiense-  
 nsi Episcopis. Nec non Magnificis, No-  
 bilibus Joanne de Thaurzyn Castellano,  
 Joanne de Dilerza Palatino Cracovien-  
 sibus, Luca de Zorka Sosnaniensi, Der-  
 slao de Rytwiany Sandomiriensi, Stani-  
 slao de Ostrorog Calisiensi, Sandivogio de Laf-  
 sienicre Siradiensi, Nicolao de Koscielce  
 Brestensi, Andrea Oelrowansek de Spro-  
 wa Leopolitensi, Petro de Schamotuly So-  
 snaniensi, Nicolao de Fay Calisiensi, Do-  
 bestao Knita de Kowicere Lublinensi, Jo-  
 anne de Czarnkow Gnesnensi Castellano,  
 Joanne de Rytwiany Regni Polonie  
 Marchalco Capitulo Sandomiriensi, et Ja-  
 cobo De Dambno Vicethesaurario Regni  
 Polonie, et Capitulo Cracoviensi aliisque  
 fidelibus nostris testibus ad premissa.  
 Datum per manus ejusdem Reve-  
 rendi in Christo Patris Domini Joannis  
 Episcopi

Episcopi  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_

Episcopi Cracoviensis et Regni Polonie  
 Cancellarii Sincere nobis Dilecti. Ad Re-  
 lationem ejusdem Reverendi in Christo  
 Patris Domini Joannis Episcopi Craco-  
 viensis et Regni Polonie Cancellarii. my

